

Præfatio Communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutære, nos tibi semper et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecámur, súpplīci confessione dicétes: Sanctus.

Communio

Quam magna multítudo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondísti timéntibus te! (Ps 30:20)

Postcommunio

Sacrosáncta sacrificii, quaesumus, Dómine, quod hódie in sollemnitate beáti Francisci tuæ obtúlimus maiestatí, grata semper in méntibus nostris memória persevéret et fructus.



BENDROJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

KOMUNIJA


Koks geras esi, Viešpatie, tiems, kurie tavęs pagarbiai bijo! (Ps 30:20)

POSTKOMUNIJA

Viešpatie, tepasilieka visuomet mūsų mintyse dėkingas prisiminimas ir vaisiai tos aukos, kurią šiandien atnašavome tavo didybei, švesdami šv. Pranciškaus šventę.

Proprium Missæ

S. Francisci Caracciolo Confessoris ŠV. PRANCIŠKUS KARAČIJOLAS, IŠPAŽINĖJAS



Introitus

Factum est cor meum tamquam cera liquescens in médio ventris mei: quóniam zelus domus tuæ comédit me.

Ps. Quam bonus Israël Deus: his, qui recto sunt corde! (Ps 68:10, Ps 72:1)

Collecta

Deus, qui beátum Franciscum, novi órdinis institutórem, orándi stúdio et poeniténtiæ amóre decorásti: da fámulis tuis in eius imitatióne ita profícere; ut, semper orántes et corpus in servitútem redigéntes, ad coeléstem glóriam perveníre mereántur.

INTROITAS

Mano širdis pasidarė kaip tirpstantis vaškas krūtinėje, nes nykstu, degdamas uolumu tavo garbei.

Ps. Koks geras Dievas Izraeliui ir tiems, kurių širdis neklastinga! (s 68:10, Ps 72:1)

KOLEKTA

Dieve, tu šv. Pranciškui, naujo ordino steigėjui, suteikei maldos ir atgailos meilę. Padėk mums, tavo tarnams, uoliai einantiems jo pėdomis, malda ir atgaila pasiekti amžinąją garbę.

Lectio

Lectio libri Sapiéntiæ (Sap 4:7-14)

lustus, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est non diutúrna, neque annórum número computáta: cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo lactus est diléctus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malítia mutáret intelléctum eius, aut ne fictio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, et inconstántia concupiscéntia? transvértit sensum sine malítia. Consummátus in brevi explévit témpora multa, plácita enim erat Deo ánima illíus: propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

Graduale

Quemádmódum desíderat cervus ad fontes aquárum: ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

V. Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum. (Ps 41:2-3)

Alleluía

Alleluia, alleluia.

V. Defécit caro mea et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum. Alleluía. (Ps 72:26)

LEKCIJA

Skaitinys iš Išminties knygos (Išm 4:7-14)

Bet teisusis, nors ir pirma laiko mirtų, ras poilsį. Juk ne ilgas gyvenimas teikia garbingą senatvę, ji negali būti matuojama metais. Žmogaus išmintis yra jo žili plaukai ir gyvenimas be dėmės yra tikra senatvė. Tapęs brangus Dievui, jis buvo jo mylimas, kadangi gyveno tarp nusidėjėlių, jis buvo paimtas. Išplėštas, kad pikta neiškraipytų jo supratimo ar apgaulė nesuviliotų jo sielos. Juk pikto žava užtemdo tai, kas gera, ir negerai norai sugadina nekaltą protą. Tapęs tobulas per trumpą laiką, jis pasiekė ilgo gyvenimo pilnatvę; Viešpačiui patiko jo siela, todėl jis išskubino jį iš nedoros aplinkos. Bet žmonės, tai matydami, nesuprato, toks dalykas neatėjo jiems į širdį.

GRADUALAS

Kaip elnė trokšta šaltinio, taip mano siela ilgisi tavęs, Dieve.

V. Mano siela trokšta Dievo, gyvojo Dievo. (Ps 41:2-3)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Nyksta mano kūnas ir širdis, mano stiprybė ir mano dalis yra Dievas per amžius. Aleliuja. (Ps 72:26)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam (Luc 12: 35-40)

In illo témpore: Dixit Iesus discípuulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántes: amen, dico vobis, quod præcínget se, et fáciat illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam, si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte parati: quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.

Offertorium

lustus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur. (Ps 91:13)

Secreta

Da nobis, clementíssime Iesu: ut præclára beáti Francísci mérita recoléntes, eódem nos, ac ille, caritátis igne succénsi, digne in circúitu sacræ huius mensæ tuæ esse valeámus.

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 12: 35-40)

Anuo metu Jėzus kalbėjo savo mokiniams: „Tebūnie jūsų strėnos sujuostos ir žiburiai uždegti. Jūs būkite panašūs į žmones, kurie laukia savo šeimininko, grįžtančio iš vestuvių, kad kai tik jis parvyks ir pasibels, tuojau atidarytų. Laimingi tarnai, kuriuos sugrįžęs šeimininkas ras budinčius. Iš tiesų sakau jums: jis susijuos, susodins juos prie stalo ir, eidamas aplinkui, patarnaus jiems. Jeigu jis sugrįžtų antrosios ar trečiosios nakties sargybos metu ir rastų juos budinčius, laimingi jie! Įsidėmėkite: jei šeimininkas žinotų, kurią valandą ateis vagis, neleistų jam įsilaužti į savo namus. Ir jūs būkite pasirengę, nes Žmogaus Sūnus ateis, kai nesitikėsite“

OFERTORIUMAS

Teisusis žydės kaip palmė, auga kaip Libano kedras. (Ps 91:13)

SEKRETA

Maloningasis Jėzau, padėk mums, minintiems didelius šv. Pranciškaus nuopelnus, užsidegti ta pačia meilės ugnimi, kaip jis, ir vertai dalyvauti šioje šventoje aukoje.